



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 11. Pontificis consilia pro confirmanda Synodo, atque urgenda illius executione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. „unum quidem apicem negligere, aut  
 A.C. 1563 „diminuere velimus.

## §. XI.

*Pontificis consilia pro confirmanda Synodo, atque urgenda illius executione.*

Insuper declarabat Pontifex, se velle, ut Cardinales Moronus, & Simonetta omni sollicitudine inviligent, ne quicquam Synodi decretis adversum decernatur: postea significabat, quod velit Provinciarum Legatos mutare, ac per seipsum ditionem Ecclesiasticam lustrare: ut vero Synodi decreta certius observarentur, præcepit, quatenus omnes Episcopi mox ad suas Ecclesias pergerent, ibidemque præsentibus adessent: si vero Cardinalium nonnulli suis Ecclesiis cessissent, sibi tamen earum proventus, atque administrationem retinuisent, hæc integra Episcopis, qui eorum vices subirent, in titulum relinquerentur: præterea tanquam afflatu divino inspiratam deprecædicabat Seminariorum institutionem, affirmans, quod studeret omnibus prior hujus rei exemplum præbere: porro ut ambo Cardinales Moronus, & Simonetta, quibus Synodaliū decretorum executio erat demandata, hunc laborem eo facilius suscipere possent, illis tres alios

alios adjugebat Cardinales, Cicalam, Vitellium, & Borromæum, quibuscum hi de modo Synodum confirmandi, ac integerrimam illius executionem perficiendi deliberarent. Insuper his Pontifex suam mentem declarabat: „mei pro-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

positi summa est, ut Synodus Tridentina eo pacto auctoritate Pontificia stabiliatur, quæ ejus Acta, & Decreta inviolata persistent, nec ea unquam favoris, aut potentæ gratia quispiam transgrediatur: quod si forte, ut fert humana conditio, contingeret, ut in aliquo eventu conducens, rationique consentaneum videretur, a Concilii sententia discedere, nunquam illis Cardinalibus licebit id agere, nisi disertus meus jussus accederet. His dictis ad alia transgressus, tandem conclusit: cum ex eo cuncta mala traxerint originem, quod homines nequiter improbi sacras Insulas obtinuerunt, ideo opera in posterum naventur, ne ad Episcopi gradum promoveantur, nisi viri munus illud amplissimum morum suorum puritate, ac doctrinæ eminentia promerentes. „

Hoc Pontificis consilium non modo prudens, sed etiam faustissimum fuisset, si illius executio secuta fuisset.

§. XII.